

montes collesque considerat. adhuc fluentia fluminū pertontatur. & perspicit
 loca in quibus insidiis occurrat luporum. Ut in tempore oportuno tenens baculū
 pastorem. pascat gregem rationabilem. pariter cum magistro & dño pastore.
 In loco uiridi collocans eum. uiridantes & uiui uerbidi reficiens pabulis. & super
 aquam refectiois edocans. sp̄s s̄c̄i. in undationibus rigans. hec ergo futura
 est speramus & oramus. Cuius autem tempus est ad ea quae diximus & iam uerba
 commonitionis adiungere. quae quam non potero. breuiter explicabo.
 Quō quidem praenuntiari pene a uobis uidemus operibus. ex quibus
 commonemus in uerbis. Oportuit ergo fratres non in adere in hec.
 neque gratiam concordiae n̄re separationis indignitate maculari.
 Quō quidem per concordiam & unanimitatis domum. cum essemus grex
 pusillus & paruus. uidebamur ingentibus & numerosis gregibus equari.
 Immo uero quibusdam & iam praeponi per gratiam sp̄s s̄c̄i. Quō quidem
 in alius alius decor. uel imparis. uel & iam in magnis officiis & donis.
 Nostri uero gregis hoc ex incomparabile & singulare munus. quod in omni
 pace & in omni quiete degebat. Ita ut frequenter & iam archē noe com-
 parari posse uideatur. quae sola potuit totius mundi. diluuium con-
 cussa superare. Verum quō inuenti sumus & iam nos homines esse.
 & non potuisse penitus effugere aduersari inuidiam. neque linguas
 illius. quom̄ pene obtineat. altiores effici qui uiuimus. Sed communis
 omnium labis. nos quoque contingere praueualuit & uexare. ita ut op-
 timam illicem & laudabilem paternam concordiam. & unanimitatis he-
 reditatem. quam soli cepisse praeteris uidebamur. non potuerimus
 in finem seruare. Tamen non per eorum & iam in hoc. sitamen & miser-
 arum habenda est comparatio. habere differentiam uideamus. Quod &
 ultimam. incedimus in communem hanc labem. & primi paene emendare
 potuimus. Quō infirmari quidem naturae humanae commune est. cito
 uero requiritur medicum. & adhibere curam. uigilantis & prudentis est
 sensus. Et per gratiam dñi illuminata. quibus praestitit plura.
 quem uel petere. uel sperare potuimus. Nos enim cum eos suscepissemus.